Nota 4to: Etiam cavendum eſſe, ne rudior Confeſſarius, multùm ac ineptè concionetur & examinet pœnitentem ſe fors doctiorem & pientiorem, (prout ſæpe accidit cum diſturbio pœnitentis) ſignanter ſi eum aliunde & bene contritum, & bene diſpoſitum adverterit: nec ſpecie diverſas facile injungat ad ſemel, & plurificet pœnitentias; bene vero pro qualitate delicti correſpondentem imponat & ſatisfactionem. Caveat etiam Confeſſarius, ut dum opus fuerit, ac ratio ſvaſerit, delicta graviora corrigere & reprehendere non ommittat; nec ſit ſicut cànis mutus in Vinea Domini latrare non valens; ne propter ſuam taciturnitatem, ſuum faciat pœnitentem

ad

Digitized by Google

ad recidivas ac frequentiores relapsus audaciorem ; cogaturque diebus noviſſimis clamare cum Propheta: *Va mihi, quia tacui.* Iſ: cap. 6.

Nota 5*td* : In examine porro peccatorum, non ſtatim ad extrema peccatorum deveniendum eſt, ne plurium honeſtiſſimorum pœnitentium aures , per indiſcreta & inconſiderata Confeſſariorum projecta & interrogata , potius ſcandalizentur , quam ædificentur ; ſed examen inſtituendum eſt cautè (ne plus mali pœnitens addiſcat, quam præſcierit) ac à minimis, ut à cogitatione , aut concupiſcentia &c. Quod ſi pœnitens hæc negaverit , utpote qui ſunt actus interni, ad actus exteriores progrediendum non eſt : Quod ſi confitens dicat: *ita*; tunc proſequendum eſt examen, ac interrogandus pœnitens : utrum malitiam talem opere externo effecti-

Digitized by Google

fective compleverit? Sic antequam pœnitentem examinet circa præceptum ſextum aut ſeptimum Decalogi, perveniendum eſt prius ad præceptum nonum & decimum. Sic in exemplo: non quærat mox: *Jelliſzi kai vkral, alli vkralla; jeſziliſze zkurval, alli zkurvala, y ſzkem pregreſſilla?* Sed: *Jeſzili poſellel lyuczko blago, lyuczku ſenu alli Divoiku:* Alli pak *ſena lyuczkoga Muſa, alli mladencza?* Si reſpondeat: *ieſzem*; ex tunc progrediatur: *Jelliſzi tvoie poſelenye zpunil, alli zpunila?* ſi dicat: *ieſzem*, proſequatur interrogando: *Quid, vel quoties, aut cum quali perſona?* & ſic (in propoſita materia) deveniendo etiam ad cæteras conditiones ac circumſtantias vulgatas, ac à Moraliſtis hoc carmine comprehenſas:

Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando?

Pariter circa præceptum primum,

Digitized by Google

mum, indecens est & absurdum, aliquam fors honestam Matronam, vel etiam Civissam mox interrogare: *Jeszili czoprala?* sed prius: num vanis observantiis fidem dederit, aut observari permiserit, consenserit, vel ipse aut ipsa exercuerit; Num prohibitis, aut contra fidem scriptis aut narratis crediderit, ut sunt libri Hæretici, schedæ confictæ pro bello, contra ignem, aquam &c. superstitionibus, divinationibus, augurijs &c. num adhæserit, & similibus. Ac tandem quærat: utrum hæc & alia opere compleverit? Rudiores tamen & Rusticos circa præfata poterit examinare etiam clarius ac apertius; quæ sicut & alia prudentis Confessarii relinqvuntur judicio. Confessarius tamen tam facile pœnitentem superstitionis aut artis magicæ non arguat, nisi aliqua adjungi ac practicari præter rerum ordinem

Digitized by Google

dinẽ adverterit, ac contra ordinarium naturæ cursum: ut sunt verba indifferentia, impertinentia (non tamen piæ Orationes) passus v. g. sic, & non aliter formati, effusio aquæ trans sepes, limites, fœnestras, post fornacem, clausis oculis, post tergum, & similia, quibus penitus nulla naturalis adest virtus talem vel talem producendi effectum, nisi sequatur ope Dæmonis, cui explicitè, vel saltem implicite adhibetur fides. Herbarum autem, radicum, lapidum, aut carbonum, &c. per se non præcluditur usus, cum naturaliter prodesse possint.

Nota 6tò: Aliter etiam, ac rigidius debere esse tractandos illos, qui sunt ordinariè recidivantes, ac consvetudinarii in aliquo peccato: Item illos, qui proximas inveterati peccati occasiones deserere nolunt; hi enim aut nunquam vere pœnitent, nec con-

Digitized by Google

conteruntur ; aut ſincerum propoſitum de emmendatiori deinceps vitâ ducenda, non eliciunt; conſequenter tales nec abſolvendi, niſi abſolute coram DEO & Confeſſario , firmiter appromittant ſe amplius voluntariè in conſveta peccata nolle relabi ; ac quod proximas ejuſmodi peccatorum occaſiones, ſive hoſpitia mutare vellint. Similibus autem peccatoribus, plus in uno, quam in alio peccato vitiatis, etiam correſpondentes infligendæ ſunt pœnæ ac ſatisfactiones, ut vel ſic eò majori conatu illa vitent peccata , in quæ ſunt proniores: ſic Luxurioſis & incontinensibus jejunia, (etiam in pane & aquâ) potatoribus abſtinentia à Vino , Avaris imponenda eſt eleemoſyna, & ſic de cæteris : Nec officit , ſi ut plurimùm numero talium peccatorum, correſpondeat totidem numerice plurificata etiam pœna;

Digitized by Google

adeò, ut qui tot commisit fornicationis actus, tot etiam jejunet diebus, nisi vehemens fors contritio confitentis, mitiorem exigeret sententiam. Hinc

Nota 7mò: Quando Indulgentiæ sunt Plenariæ (licet pœnitentes omnem in correptione & admonitione, pro qualitate delicti, à Confessario experiri debeant rigorem) nunquam tamen iis tam rigorosæ infligendæ sunt pœnitentiæ, sicut diebus illis, quæ simili Indulgentiarum carent suffragio: Cujus ratio est, quia cum Indulgentiæ Plenariæ sint gratuita meritorum Christi Domini participatio, Beatæ MARIÆ Virginis, ac tot Sanctorum & Sanctarum Martyrum, Virginum & Confessorum, quorum passiones, sicut & merita (tanquam innocentibus superflua) in Matris Ecclesiæ reposita sunt Gazophilatio; quorumvè Dispensator cum Sum-

Digitized by Google

Summus sit Pontifex, tanquam legitimus in terris Christi Vicarius; hac de causa, dum statis diebus Festivis, ac in certis locis & Ecclesiis eas nobis dispensat, eorundem meritorum Christi Domini ac cæterorum (quæ valoris sunt quasi infiniti, & infinita) nos participes efficit adeo, ut eo die & loco debitè confitentes, ac Indulgentiam Plenariam lucrantes, tam à culpa, quam à pœna pro peccatis commissis debita, absolvamur. Pœnitentiæ nihilominus minores infligendæ sunt, ut pœnitens obedientiæ spirituali satisfeciſſe videatur; ac, ne ultra in Divinam Gratiam præsummendo, liberalius peccet, rigide admoneatur.

Nota 8vo. Confessarios Ordinum Mendicantium, & qui participant in eorum privilegiis, habere potestatem delegatam dispensandi in omnibus Votis (si-

Digitized by Google

mulque commutandi omnia Vota, etiam jurata, ex extensione Gregorij Papæ XIII.) in quibus de jure ordinario dispensare possunt Episcopi. Ita Herinex *disp.* 4. *de Voto, q.* 6. *n.* 66. id ex plurium Summorum Pontificum Concessionibus copiosè demonstrans. Quamvis enim Innocentius VIII. hinc exceperit vota peregrinationis ultra duas dietas: tamen ex concessione aliorum Pontificum, ac nominatim Eugenij IV. Pauli III. & Gregorij XIII. dicta restrictio est snblata; ut patet ex Compendio Privilegiorum Mendicantium, *vers. Votum in Capuccini Annotatione*, & Emman. Roderico *Tom.* 1. *Quæst. Regul. q.* 63. *ar.* 3. & 4.

Dicitur notanter, *in quibus de jure ordinario dispensare possunt Episcopi.* Siquidem Episcopi, etsi jure ordinario possint dispensare in omnibus aliis Votis, non tamen in

Digitized by Google

in iis (extra casum necessitatis, & impendimenti recursûs ad Summum Pontificem) quæ sunt Papæ specialiter reservata. Et quidem ejusmodi Vota Summo Pontifici reservata regulariter sunt quinque, scilicet Votum Castitatis perpetuæ (subintellige, & integræ) Votum Religionis ab Ecclesia approbatæ, Votum Peregrinationis Romam ad limina Apostolorum, peregrinationis ad S. Jacobum in Compostella, & Peregrinationis in Terram Sanctam. Undè in his neque Confessarij Ordinum Mendicantium dispensare possunt, utpotè quæ Summo Pontifici specialiter reservantur, & in Regularium privilegiis communiter excipiuntur.

Porrò exceptiones (cùm juri ordinario Episcoporum præjudicent, ceu odiosæ) sunt strictæ interpretationis, ac proindè in propria verborum significatione

Digitized by Google

accipiendæ. Undè Episcopi jure ordinario (consequenter Confessarij Ordinum Mendicantium, & Communicantium in privilegiis eorum, ritè approbatis, ex delegata potestate sibi à Summis Pontificibus concessa) possunt dispensare in Voto Castitatis non perpetuæ, sed ad certum duntaxat tempus promissæ, v. g. ad annum, vel decennium. Item in Voto Castitatis non integræ, v. g. non fornicandi, non nubendi, non petendi debitum, servandi virginitatem duntaxat, quæ per unicum lapsum carnis irrecuperabiliter amittitur, fitque postmodum observatu impossibilis: secùs, si vovens virginitatem intendisset per talia verba sese obligare ad castitatem absolutam: nam DEUS intuetur cor: sicque votum hoc, utpotè castitatis absolutæ ac perpetuæ, foret indispensabile per Papâ inferiorem. Item

pos-

Digitized by Google

possunt supradicti dispensare in Voto conditionato, ante conditionem impletam, ut si voveat quis Religionem, aut Castitatem perpetuam, si ex morbo convalescat, poterunt dispensare in Voto, antequam hæc conditio impleatur: secus si Votum impleta conditione omninò purificetur, ut habet Herincx *cit. disp. 4. qu. 6. num. 62.* estque probabilior; quamvis Sanchez *lib. 8. de Matrimon. disp. 10. n. 13.* & Diana *part. 3. tract. 6. resol. 25.* cum nonnullis aliis asserant, etiam post impletam conditionem posse Episcopum dispensare. Item possunt prædicti dispensari à suprà dictis in Voto pœnali, v. g. si fornicatus fuero, voveo me ingressurum Religionem, sive ante (ut est communior sententia) sive post eventum peccati, atque incursam pœnam, prout sentit *cit.* Sanchez *num. 7. & 8.* citans non paucos alios Authores.

Digitized by Google

Notanter autem hactenus dictum, *in quibus de jure ordinario possunt Episcopi dispensare* : ut excipiantur hi casus, in quibus competit Episcopis facultas dispensandi, etiam in Votis Papæ reservatis; ratione necessitatis extraordinariæ, & quando est impedimentum adeundi Summum Pontificem; in istis enim casibus, ut docet Layman *cap.* 8. *n.* 19. citans, alios, nequeunt Confessarii Ordinum Mendicantium, vel Communicantium in privilegiis eorundem, dispensare, sed opus est recursu ad Episcopum, quamvis nonnullis ab Herinex relatis *loc. cit. n.* 69. prædicta limitatio non placeat.

Nota nono : Insuper ex speciali concessione B. Pij V. vivæ vocis oraculo facta, quin & iterata concessione Eugenij IV. Congregationi S. Benedicti tum Cassinensi, tum Vallisoletanæ facta, nec non

Digitized by Google

non facultate Julii Secundi eidem Congregationi Vallisoletanæ impertita (ac referuntur singillatim à Petro de Murga *tom. 2. disquis. Moral. disquis. 1. dub. 13. §. 6. n. 121. & seqq.* & Ant. Quintana dvenas *tract. 9. singular. 2. 3. & 4.*) possunt Confessarii Mendicantium dispensare ad petendum debitum cum iis conjugibus, qui contraxerunt Matrimonium cum Voto simplici Castitatis antea emisso: item & cum incestuosis conjugibus, qui contracto jam Matrimonio cum alterius conjugis consanguinea intra secundum gradum adulterium perpetrarunt: si tamen tales Confessarii sint viri docti, atque ad hoc à suo Provinciali deputentur; & hæc quidem deputatio est necessaria juxtà tenorem concessionis, & praxim, prout notat Herinex *sit. disp. 4. n. 68.* Et Portel. *in Dubiis Regularium, vers. Confessor. n. 23.* ubi

Digitized by Google

bene addit, quòd ejuſmodi licentia cuipiam Confeſſario ab uno Provinciali facta non expiret amoto Provinciali ab officio, eò quod illa facultas non detur à Provinciali, ſed ad commiſſionem ſive deputationem ipſius à Papa, cujus gratia jam facta non expirat morte concedentis. Sunt quidem nonnulli Authores, qui præmiſſam Provincialis deputationem non requiri aſſerunt, quos refert, ac ſequitur Antonius à Spiritu S. Carmelita, *in Directorio Regularium p.* 1. *tract.* 2. *diſp.* 1. *ſect.* 2. §. 3. *num.* 112. & Diana *part.* 3. *tract.* 2. *reſ.* 14. *& p.* 5. *tract.* 13. *reſol.* 46. ubi hoc ipſum non improbabile cenſet, licèt in priori loco oppoſitam ſententiam ſequatur. Verùm tenor conceſſionis B. Pii V. quam refert Rodericus *tom.* 1. *qq. Regul. q.* 63. *art.* 1. *&* 2. expreſsè requirit, quòd ejuſmodi diſpenſatio in Foro conſcientiæ ad pe-

Digitized by Google

petendum debitum fiat *ex commissione Provincialis.*

Nota 10*mò*: Dispensatio in Votis, ut sit valida, requirit causam justam dispensandi. Ratio est: quia potestas dispensandi in jura Superioris, nempè ipsius Dei, Prælatis Ecclesiæ *data est in ædificationem, & non in destructionem*, ut dicit Apostolus 2. *Corinth.* 13. *v.* 10. Id autem non esset, si possent dispensare absolutè, ac temerè absque ulla causa.

Porrò causæ justæ dispensandi in Votis, oriuntur ex variis motivis. I. Ex imperfectione actûs, si absque prudente, & perfecta deliberatione, in ira, metu, mœrore, vel tenera ætate, &c. Votum factum sit *arg. c.* 2. *de Voto*: quamvis ob imperfectionem actûs, & defectum sufficientis deliberationis, quandoque Votum penitus non obliget. II. Ex materia Voti, si nimirum voventi, spectatâ

Digitized by Google

corporis constitutione, naturæ fragilitate, &c. Votum ipsum majoris ruinæ periculum parituruum videatur: adeòque spectatis omnibus dispensatio ad spiritualem ejus utilitatem (quæ præcipuè hic consideranda est) cessura videatur. III. Ob difficultatem exequendi Votum postcà supervenientem, vel ante non prævisam; quamvis interdum, si hæc gravis & manifesta sit, obligatio Voti per se sine dispensatione cessset. IV. Ob necessitatem, vel magnam utilitatem Reipublicæ, aut familiæ: ut si quis longas peregrinationes vovisset, cùm præstaret, ipsum familiæ, vel Reipublicæ regendæ interesse, aut hujusmodi. Undè benè Innocentius III. relatus *cap. Magna, de Voto*, ait, quòd in materia dispensationis Votorum hæc tria semper considerandæ sint, videlicet; *quid liceat secundum æquitatem, quid deceat*

eat secundum honestatem, & quid expediat secundum utilitatem.

Pro Choromide hujus instructionis Suppono te scire; quod sicut ex parte pœnitentis, tres partes integrales sint Sacramenti Pœnitentiæ; Oris *scilicet* Confessio, cordis contritio & operis satisfactio in re (*vel* in voto, *ut apud graviter infirmos, & periclitantes &c.*) *ita ex parte Confessarii, essentialis est absolutio cum debita intentione prolata. Si te major pœnitentium obruat copia; incipe formam à ly.* Dominus noster JESUS Christus te absolvat; & ego &c. *inclusive usque ad ly.* Deinde: ego te absolvo à peccatis tuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritûs Sancti, Amen. *Imo, si esset periculum in mora Agonizantis, periclitantis aut jamjam exspirantis, sufficiat dicere:* Ego te absolvo &c. *præsuppositâ tamen semper dispositione subjecti, si est capax. Ne porro temere quemlibet absolvas, teipsum autem*

Digitized by Google

tem condemnes, recapitulatos hic casus reservatos accipe sequentes.

Casus Zagrabiensi Ordinario reservati, sunt X.

I. Hæresis externa.
II. Incestus.
III. Raptus.
IV. Procuratio abortûs.
V. Percussio Parentum.
VI. Homicidium } Voluntarium.
VII. Incendium }
VIII. Violatio Ecclesiæ.
IX. Exercitium artis Magicæ.
X. Falsificatio ponderum, aut mensurarum.

Casus, qui his in partibus Summo reservantur Pontifici, numerantur VII.

I. Spoliantes & impedientes Romipedas, aut etiam Jacobipedas.
II. Arma Turcis administrantes.

III.

Digitized by Google

III. Paganis Consilia Christianorum manifestantes.

IV. Clericos occidentes, aut seriò percutientes.

V. Ad forum sæculare Clericos trahentes.

VI. Judicium Ecclesiasticum impedientes.

VII. Gabellas, Pedagia, aut alia similia onera, sine licentia Papæ, Ecclesiasticis imponentes.

NB. *Tamen, quod Romam non valentes ire pro beneficio absolutionis, debeant pulsare apud Illustrissimum & Reverendissimum D. Ordinarium, aut ejus Vicarium. Casus Provincialibus reservatos hic non censeo esse enumerandos; pro quibus recurrendum est ad statuta tum Generalia, tum municipalia; qua licet omnes calere debeant, singulariter tamen, qui Confessarij deputantur Conventuum. In articulo porro mortis, universaliter omnis cessat reservatio.*

Digitized by Google

Libera autem Fratribus conceditur Confessio :

In Nativitate, & Cœna Domini. Item in Solemnitatibus Paschatis, Pentecostes, SS. Nominis JESU; SS. PP. Franciſci, & Antonij, Portiuncula; *temporibus Jubilai; In articulo item mortis; quo fit, ut beneficium abſolutionis, etiam à reſervatis occultis recipere poſſint. Confeſſarius autem habens facultatem abſolvendi ſive ſæculares, ſive claustrales à reſervatis, non facile abſolvat, antequam graviter animadvertat & invehatur in pœnitentem; ne facilis indulgentia, ſit alterior peccandi licentia.*

APPENDIX

Eorum quæ quilibet pœnitentium & confitentium (ſecundùm præmiſſa Notabilia) aut ſcire debet, aut orare. Et quidem præſuppoſitis, oratione Dominicâ, Salutatione Angelica, ac Symbolo Apoſtolorum, quæ ſuperius

Digitized by Google

perius expoſita ſunt fol. 85. ſubjungitur linguâ vernaculâ Decalogus.

Deſzetere,

Zapovedi Boſye.

1. JAſzem Goſzpon Bogh tvoi, Nemay tugyeh Bogov pred menum.

2. Ne primi imena Goſzponua Boga tvoiega, zahman vu vuſzta tvoia.

3. Szpomeniſze, da Szvetke ſzvetis.

4. Poſtuy Otcza y Mater.

5. Ne vumori.

6. Nepraznuy.

7. Nekradi.

8. Ne govori krivoga ſzvedocsánztva proti bliſnyemu tvoiemu.

9. Ne poſcly ſene bliſnyega tvoiega.

10. Ne poſcly hiſe, ni polya; ni ſzluge, ni ſzlusbenicze; ni vola, ni oſzla, ni marhe nikakove, dapache nikai bliſnyega tvoiega.

Digitized by Google

Petere

Czirkvene zapovedi.

1. VSze Szvetke napravlene y prepovedane od Sz: M. Czirkve, marlivo ſzveti.

2. Vſzaki Szvetek, ſzvete Meſſe poboſnò poſzluſſay.

3. Korizmene, Kvaterne, y oſztale Czirkvene pozte zverſſeno poſzti: y po Petkeh ter Szobotah meſza nejegy.

4. Vſzakoſze leto naymenye jednocs tvojemu laztovitomu Popu, ali drugomu z-nyegovem dopuſcsenjem, zpoveday.

5. Vſzakoſze leto naymenye jednocs, ter po imenu k-Vuzmu pricseſcsay.

Obchinſzka ſzpoved.

ZPovedamſze Bogu vſzamogucſemu: blaſene MARIE vſzigdar Devicze: Blaſenomu Mihalyu Archangyelu; blaſenomu Ivanu Kerztitelu: ſzvetem Apo-

Digitized by Google

Apoſtolom, Petru y Paulu, vſzem Szvetczem; y tebi Otecz duhovni, arſzem kruto pregreſſil, (*alli pregreſſila*) mislenyem, govorienyem, y cſinyenyē; moy greh, moy greh, moy preveliki greh. Zato proſzim blaſenu MARIU vſzigdar Deviczu, blaſenoga Mihalya Arkangyela, blaſenoga Ivana Kerztitela, ſzveteh Apoſtolov, Petra y Paula, vſzeh Szvetczev; y tebe Otecz duhovni; molete zame Gozponna Boga naſſega. Amen.

Szmiluyſze nam vſzamogucſi Gozpoñe Boſe, y odpuztivſſi nam grehe naſſe, zapelyaj naſz vu ſitek vekivecsni. Amen.

Odpuſcsenje y odvezanje od grehov naſſeh, darvy nam vſzamogucſi y miloztivni Gozponne Boſe. Amen.

Koiaſzu potrebna tak Chloveku znatti, daſze prez vere oneh zvelichiti nemore?

Odg: Pervo ie ovo: da vu ſzvetom

Digitized by Google

tom Troyztvu jeden je Bog; à triſzu Perſone, Otecz, Szin, Sz. Duh; y da ovi tri neſzu tri Bogi, negoſzu jeden jedini Bog; ar nemaju, nego iedno Bittye, illiti naturu.

Drugo ie ovo: da JESUS Chriſtus, je pravi Szin Otcza Boga Nebezkoga, y pravi Szin Devicze MARIE; pravi Bog, y pravi cslovek, nas Odkupitel y zvelicſitel; kiſzeje za naſz gresnike na ov Szvet narodil: y na ovom Szvetuje velike muke terpel, y kery ſzvoiu prelcial, y na kriſnom drevu ſzmert podjel, ter vumerl; vuto ime, dabi naſz gresnike, ſzvojum kervium, mukum y ſzmertium od Peklenzke vuze odkupil, y od muk vekivecſnch oſzlobodil.

Tretye ie ovo: da on izti Chriſtus, kije naſz odkupil, vezda ztoy y gore na nebezkom orſzagu, vu ſzvojem cslovecsanzkom kipu; y ovde dole na zemlye vu ſzve-

Digitized by Google

ſzvete Hoſtie pod kruſnem kipom; ter pod onem kipom dava ſzamoga ſzebe nam Lyudem na hranu duhovnu, y na duſſnò zvelichenie: y on iſzti doide ſzudit ſive y mertve na konczu ſzveta; dobre zvelichiti, gresne vu ognye peklenſzke hoche odpittati.

Zatto, gda koi nevmetelen Chlovek, y pokornik budi mlad, budi ztar, nezna ovoga troiega duguvania; duſevgaje Zpovednik alli navcſiti, cſega more navcſiti: alli od ſzebe odpuztiti prez odvezania; y Pricſescſaniemu zkrattiti y prepovedati, doklamſze teh navukov odkoga toga ne navcſi. Ar je bolye jednoga dobro zpovedati, nego zto drugeh zlo.

Oſztruge duhovne.

Kemiſze kerſcseni Chlovek, na pobolſanye ſitka podbada: y na ſzveteſſi ztalis naganya.

ZTvorilie Bog vſzakoga Cslovcka, vuto ime; da on ſzvoiega

iega Ztvoritela Boga pozna y lyubi: y da nyemu szlusecsi, szebi Zvelicsenie zadobi. A druge pak ztvari ovoga Szveta, ztvorilie Bog, zaradi Csloveka, da nyega, vu Bosie szlusbe, ter vu zaizkanyu Zvelicsenya, pomasu. Odkud ovo izhagya; da cslovek, na tuliko ima vsivati ovoga Szveta ztvari, na kulikomu ieszu haszno vite vu Bosie szlusbe, ter vu zaizkanyu vekvecsnoga Blasenztva: à kulikomu pak vu tom dvoiem duguvaniu skode; tulikoszeih je dusen habati, y ogibati.

2. Zvelicsenye nasse y Nebezko Kralyevztvo szilumsze iagmi, dobrotamisze dobiva; à szamem iednem szmertnem grehomsze zgubiva.

3. Sitek cslovecsi je kruto neztanovit, à szmertie ztanovita; koteru idom naszleduie tesek Szud Bosyi, y ztrassno zevszakoga zla

zla dela, govorienya, y miſslenya racsunan ie.

4. Szmert, vſzemu dobru y zlu ovoga Szveta konecz mecſe y polaſc.

5. Mertva csloveka naſzleduju na veke, ſzama dela, zla y dobra; od koterech viſzi (*æternitas*) vekivecsni ztalis, dober y zel, drugoga Szveta.

6. Kerſcseni Cslovek, vſze mora cſiniti y terpeti; vuto ime; da Bogu vugoden ſzluga bude.

7. Bogje vu vſzakom vremenu y meſztu nazocſi: vſza duguvania, zla y dobra, zvunzka y nuternya, otayna y pokrita, cſuie y vidi; kotera on ſzam bude ſzvedocſil y ſzudil y naimom zlem alli dobrem placſal.

Nato gledecs, duſenie cslovek, pervlye vſze ovoga Szveta muke terpeti do ſzmerti, nego ſzmertnē grehō dobrovolno pregreſſiti.

9. Duſenſzcie hudeh prilik, y zleh

zleh tovarusſev ogibati, y proti zkusſnyam vrasſyem, y cslovechyem, szercseno boriti.

10. Gdasze komu pripeti vu szmertni grch opazti, dusenie prez poztanka od nyega gore ztati, po szerdcsenom pokaianyu; à potlam po zpovedi vu prilicsnom vremenu.

Digitized by Google

Praxis assistendi Ægris, & moribundis.

Cura conscientiosè, itaute debere tractare, & curare infirmum, ut ex parte sua dispositionem illam actu habeat, & illos actus eliceat, qui conducunt ad statum gratiæ acquirendum, augendum, aut conservandum in illa ultima lucta & agone, in quo agitur de tota æternitate. Minimè enim suo officio satisfaciunt Confessarij, qui vix ullis remediis instructi, tamquam imperiti Medici ad ægros moribundos accedunt: cùm sæpe, & ut plurimùm ab opportunis eorum monitis, & auxiliis morientium salus æterna dependeat.

§. I.

Quid Confessario in primo ad ægrum accessu agendum?

PRimò igitur Sacerdos ad ægrum vocatus, curet ante omnia in seipso

Digitized by Google

magnum excitare desiderium procurandi salutem agrotantis. Hâc brevi consideratione ex S. Dionysio: Divinorum diviniſſimum eſt cooperari ſaluti animarum. *Et animo ad DEUM elevato ex corde dicat: ô utinam poſſem juvare hanc animam, ſicut vellem juvari meam in extremo vitæ momento.* O momentum magni momenti, ex quo pendet æternitas! *deinde incipiat ſecum præmeditari, quo modo ex his præxibus debeat cum agro procedere.*

Secundò ſi deprehendat morbum eſſe periculoſum, conabitur impedire frequentem amicorum acceſſum, & alloquium de rebus mundanis, multò magis inanes eorum gemitus ac ploratus: ut ſic æger habeat otium convertendi animum ad cogitationes pias, & ſalutaria Sacerdotis monita.

Tertio curabit ob oculos decumbentis apponi imaginem Crucifixi, aut aliam, quæ poſſit in illo DEI, ac Salvatoris ſui memoriam excitare: &

aquam

Digitized by Google

aquam lustralem in promptu haberi, quâ ager & lectus frequenter asper-gantur.

Quartò, si Medicus aut amici non audeant agrum de propinquo mortis periculo monere, ipse Confessarius id suaviter & benignè faciat. Hoc enim omittere crudelitatis est, non clementiæ; solet namque ager per notitiam propinquæ mortis ad seriam animæ suæ curam multò magis excitari. Poterit itàque periculum his verbis discretè & molliter indicare. Sumus omnes mortales, nescimus autem diem neque horam. Medicus judicat morbum hunc non carere periculo; non nocet igitur tempestivè prævidere, & providere domui suæ; imò id juvare potest ad corporis & animæ salutē.

Quintò. Moneatur ut, si nondum fecerit testamentum, absolvat illud; ut tanto liberiùs curas omnes saluti suæ tantùm impendat. 2. Ut *si quid restituere debeat, justitiæ satisfaciat.*

Digitized by Google

3. Ut pro *animæ ſuæ ſolatio procuret eleemoſynam fieri in pauperes, & Sacrificia, ac alia Eccleſiæ remedia, dicat q; ægroto:* Si tu ipſe nunc tui obliviſceris; quantò magis amici poſt mortem obliviſcentur tui?

4. Ut *ex animo remittat injuriam omnibus, qui ipſi inimici & moleſti fuerunt, ad imitationem & amore Chriſti, qui moriens pro crucifixoribus oravit, dicens:* Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt.

5. Ut *ipſe veniam poſtulet ab omnibus, quos dicto vel facto offendit.*

Quando autem advertit infirmum mortis nuntio angi, aut turbari, debet in promptu habere motiva, quibus mortis horrorem minuat, & ad ſequentes reſignationis actus ægrum inducat, qui etiam pro ſanis, ad tollendum nimium affectum erga res mundanas, multùm proderunt.

§. II.

Digitized by Google

§. II.

Remedia inducentia ad resignationem contra nimium mortis horrorem.

COgita N. N. DEUM esse Supremum Dominum vitæ ac mortis, ac proinde vitæ usuram, quam tibi hactenus gratis dedit, quovis tempore pro suo arbitrio repetere posse. Dic ergo cum Jobo: Dominus dedit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictum.

II.

Statutum est omnibus hominibus semel mori. Mortuus est ipse Christus, mortua est Virgo DEIpara &c. Nemo autem melius novit, quando nobis expediat finem vitæ imponere, quàm æterna DEI Sapientia. Ille verò tamquam amantissimus Pater hunc tibi vitæ terminum ab æterno destinavit. Dic ergo cum Christo in horto brevi morituro. Pater mi, non mea, sed tua voluntas fiat. *Et cum Apostolo.* Mihi vivere Chtistus est, & mori lucrum. Sive

Digitized by Google

vivimus, sive morimur, Domini sumus.

III.

Tam stultum est nolle mori, quàm nolle esse de numero hominum, quorum ne unus quidem à moriendi necessitate eximitur. Si ergo aliquando moriendum est, quando potius, quàm hoc tempore, in quo habes tam multa adjumenta pie, ac fœliciter moriendi in præsentia Sacerdotis, cùm Ecclesiæ Sacramentis, ac tot amicorum precibus & Sacrificiis? Quàm multi sunt casus, in quibus postea facilè contingeret te abripi morte subitaneâ sine cruce, sine luce; Sine absolutione, sine extremè necessarijs Sacramentis, cum periculo salutis æternæ, sicut multis assiduò contingit.

IV.

Quid est hæc misera vita, nisi carcer animæ, nisi exilium à patria cœlesti, nisi gehenna curarum, dolorum, morborum, molestiarum, in qua semper una miseria alteri succedit: ho-

mo

Digitized by Google

mo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miseriis. *Nonne præstat simul & semel omnibus his malis liberari, & ad illam patriam tendere, in qua neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra. Ubi amodò dicit Spiritus, ut requiescant à laboribus suis.*

V.

Multi viri sancti & sapientes finem hujus vitæ magnis votis expetebant, ut malis hujus vitæ, & peccandi periculis liberati ad æternos Christi complexus evolarent. Sic S. Ignatius Martyr, sic S. Catharina Senensis mortem ultro invitabat. Sancta Theresia admirans dicebat, ô mors, quis te metuat, cùm vitam parias? *Dic ergo cum Apostolo*: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus. *Et*, cupio dissolvi, & esse cum Christo. *Dic cum Regio Propheta*: Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus.

Digitized by Google

VI.

Inquire, cujus rei desiderium trahat te in hac vita remorari? An cupitas fruendi amicis? multò major amicorum, & cognatorum numerus te in Cælo expectat, tot majores tui, tui avi, proavi, patrui, vicini, cognati, fratres fortè & sorores, filij & filiæ præcesserunt, reliqui omnes ad unum brevi sequentur: Non enim hic habemus manentem Civitatem, sed futuram inquirimus. *An te trahit cupido utendi adhuc tuis bonis, aut hujus lucis usura? At moriendo nihil horum perdis, sed tantum commutas in melius: nam anima tua cùm sit immortalis, in altera vita fruetur bonis multò majoribus, & nunquam perituris. Docente Apostolo:* Nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis descendit, quæ paravit DEUS ijs, qui diligunt illum.

Si dicas, te tantùm desiderare longiorem vitam, ut possis melius DEO

servi-

Digitized by Google

ſervire, & ad æternitatem te compo-nere. At fortè diutius vivendo longius à ſalute recederes. Accidit plu-rumque, *inquit Auguſtinus* : ut qui creſcit ætate, creſcat & iniquitate. *Uti factum eſt in ipſo Salomone.* Fac igitur nunc, quod tunc fieri velles. *Potes uno die vel horâ, intenſis actibus, & ardenti Dei amore plures vitæ annos adæquare. Et teſtatur ipſa ſcriptura; aliquos ex hac vita magno DEI favore citius evocari, ne per longam vitam pereant, nec ideo minùs merentur. Audi ſcripturam ſapientiæ 2.* Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum ejus, & conſummatus in brevi, explevit tempora multa. *Dic ergo cum magno erga paternam DEI providentiam affectu* : Domine, tu optimè nôſti, quid mihi expediat, da quod jubes, & jube quod vis. Paratum cor meum DEUS, paratum cor meum, ut faciam ſanctiſſimam voluntatem tuam.

Digitized by Google

§. III.

Incitamenta ad patientiam contra morbi dolores.

AMice N. nonne desideras sequi Christum Salvatorem tuum, qui pro te multa passus est? Dices haud dubiè, desidero. Audi Christum igitur tibi loquentem. Qui vult venire post me, tollat crucem suam, & sequatur me. *Ecce hi dolores sunt tua Crux, quam debes portare, ut Christum sequaris. Sic oportuit Christum pati, ut intraret in gloriam suam; quomodo poteris tu sine patientia intrare in gloriam alienam? Dolores tui, fateor, magni sunt, sed dolores, & tormenta Christi fuerunt multò majora. Cogita illius sudorem sanguineum; quo, ex sola passionis suæ consideratione, toto corpore perfusus est. Si capitis dolore cruciaris, respice caput ac frontem Christi Salvatoris tui, acerbissimis spinarum aculeis undique sauciatum. Si pectoris, aut lateris molestiâ torqueris; aspice latus*

Digitized by Google

tus Christi tui, crudelissimâ militis lanceâ perforatum. Si in manu aut pede dolorem sustines; converte oculos ad Christi manus, & pedes acutissimis clavis Cruci affixos. **Deinde** *magno affectu dic:* Non est discipulus supra Magistrum: Si Dominus & Salvator pro delictis meis tanta sustinuit, quanto magis debeo ego pro illius amore aliquid sustinere.

II.

Cogita te per morbi dolores patienter toleratos, futuras Purgatorii pœnas ex parte, vel ex toto compensare, & magnum cœlestis gloriæ incrementum acquirere, monente Apostolo 2. Cor. 4. Momentaneum, & leve tribulationis nostræ æternum gloriæ pondus operatur in nobis. *Et iterum ad Rom. 8.* Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. *Dic ergo cum S. August.* Domine hìc ure, hìc seca,

Digitized by Google

ut in æternum parcas. *Ecce in hunc finem Christus ex prætioso Passionis suæ Calice hos dolores tibi propinat. Nonne ipsius Calicem libenter accipiebas, & hos dolores, licet amaros, ex illius amore exhauries, cum ipso dicens:* Calicem, quem dedit mihi Pater, quomodo non bibam illum? Pater, si non potest Calix iste transire à me, nisi bibam illum, fiat voluntas tua.

Nonne magni faceres, si quis tibi Sacratissimæ Crucis Christi reliquias insignes, aut particulas donaret? Ecce tibi Christus ipse mittit hos dolores, tamquam particulas gravissimæ Crucis, quam ipse in corpore, & in anima sua ex tui amore sustinuit. Die ergo ex toto corde Salvatori tuo.

Domine JESU Christe, ob amorem, & gloriam tuam suscipio de paterna manu tua, omnes ac singulos morbi dolores ac molestias, tamquam totidem reliquias Sanctissimæ Crucis tuæ mihi à te donatas,

Digitized by Google

natas, illas tamquam tales amplector, & exoſculor: eas in corporis, & cordis mei theca cum patientia, imo etiam cum gaudio portare deſidero.

Salve Crux prætioſa, quæ decorem traxiſti de membris mei JESU Chriſti. Suſcipe me diſcipulum ejus, qui pependit in te, ut per te me recipiat, qui per te me redemit. Chriſto confixus ſim Cruci; vivam ego, jam non ego, vivat verò in me Chriſtus.

Cogita quomodo Sancti omnes optabant ſtigmata vulnerum Chriſti in ſuo corpore geſtare. Quomodo S. Paulus gloriabatur ſe ſtigmata Domini JESU in ſuo corpore portare. Quomodo S. Franciſcus pro ſummo favore cicatrices, quinque vulnerum Chriſti in ſuo corpore ſuſcepit, etiamſi ex illis copioſus ſanguis profluereſ. Quomodo S. Catharina Senenſis cum ingenti gaudio ſimilem gratiam à Chriſto complexa eſt, licet tantos dolores inde

Digitized by Google

ſentiret, ut ſe morituram putaret. Certiſſimum autem eſt, & fide credendum, illos dolores ac moleſtias magno DEI favore, & munere tibi conceſſos eſſe, ſi illos ad honorem, ac amorem DEI pariter ſuſtineas. Die igitur ex animo cum Sanctis illis DEO chariſſimis.

O DEUS, ô Salvator dilectiſſime, ad amorem & honorem Divinæ Majeſtatis tuæ ſuſcipio de manu tua hos cruciatus & moleſtias, eosque complector tamquam ſtigmata vulnerum tuorum, & veſtigia tormentorum, quæ in ſacratiſſimo corpore ſuſtinuiſti. Et utinam eodem amoris ſenſu ea in corpore meo ſuſtinerem, quo S. Paulus Apoſtolus. S. Franciſcus Seraphicus. S. Catharina Senenſis, alijque innumeri tibi dilectiſſimi.

Utinam haberem illum pro te patiendi ardorem, quem habuit S. Laurentius, dum ſuper ardentes pru-

Digitized by Google

prunas in craticula verſaretur. Quem habuit S. Stephanus, dum inter lapidum imbres toto corpore contunderetur. Quem habuit S. Sebaſtianus dum ſagittis undique configeretur. Quem habuerunt reliqui Martyres & amici tui, quorum maximum gaudium erat pro te ſecari, uri, laniari. Quod mihi deeſt, tu ſupplere digneris, Salvator mi, cum quo vivere volo, & mori, Amen.

Patiens, poſtquam per Confeſſarium bene diſpoſitus eſt ad faciendam Confeſſionem, & Communionem, eadem piè & integre exequatur, tanquam mox mox animam exhalaturus, ita ut omni momento paratus inveniatur, ut coram vocante Deo ſe ſiſtat. Actum Contritionis cum illo eliciat, quem inveniet in bona forma notatum fol. 83. *Orationes ante & poſt Confeſſionem ac Communionem (ſi non ſit adeo debilis; ſecus corde, verba à Confeſſario prolata, ruminet) oret cum eodem*

Digitized by Google

dem, quas inveniet infra notatas ubi agitur de Reorum tractatione & deductione fol. 193.

Nec Testamentum *in fine hujus libelli signatum renovare ommittat, quod protestationem* Fidei *continet,* Spei, & Charitatis, *quod, inter cætera, etiam summè necessarium est; imo & sæpius renovandum.*

Videat tamen Confessarius, ut (visâ circumstantiâ ægri, aut debilitatis ejus) multùm non sit ei imporsunus, cum continua oratione, aut etiam clamorosa voce; sed orationes fiant servata interpollatione ac respirio; poteritque progredi, dum & quando expedire judicaverit, modo quo sequitur sua pastoralia, & spiritualia cum infirmo exercitia.

Vu Imie Otcza, † y Szina, † y Duha † Szvetoga, Amen.

I.

JA nevolna Gresna Dussa valuiem, y protestuiem szada na ovom zkradnyem vremenu fitka moie-

moiega, pred vſzem Preſzvetem, y Preodichenom TROIZTVU; pred Preodichenum, y Blasenum Deviczum MARIUM, pred moiem Sz. Angelom Chuvarom, y pred vſzemi Szvetczi y Szveticzami Bosyemi, naimre pak Sz. Patronuſſi, y Patronuſſiczami moiemi; da ia kanim, ſeleiem, y hocsu ſiveti do Bosye volye, y vumreti vu Sz. Kerschanzke Katolichanzke Vere; veruiuch vſza ona, koia veruie, y veruvati zapoveda Sz. Matti Czirkva Rimzka Apoſtolzka.

2. Veruiem vu Preſz. y Preodicheno TROIZTVO, Otcza, Szina, y Duha Sz. iedinoga Boga; Verujem vu Otcza Boga; Kakti Ztvoritela moiega. Verujem vu Szina nyegovoga, od MARIE vſzigdar prechizte Devicze rogyenoga, kakti Odkupitela moiega; y vu Duha Sz. kakti Razſzvetitela Duſſe moie.

3. Valuiem y Szpovedamſze, da ia ni-

Digitized by Google

nimam nikakveh dobreh Dèl, zbok koiehbi mogla zvelichena bitti dussa moia: nego tverdno Uffanie imam vu Presz. Muku, Kerv, y Szmert Odkupitela moiega; Kakti takai y vu nezgovornu Miloszerdnozt, Dobrotu, y lyubav nyegovu; da moiu nevolnu, gresnu dussu od szebe neodverse, negoiu dèlniczu vuchini britke muke szvoie.

4. Valuiem, y Szpovedam nezahvalnozt moiu preveliku proti G. Bogu moiemu, ztulikemi ztrasznemi grehi moiemi tulikokrat izkazanu, za tulika neizbroiena dobrochinyenya, vugodno prieta, za koia vsza zmosnomu G. Bogu moiemu ponizno y pobosno hvalim. Za grehe pako moie vsze male y velike, znane y neznane, szpovedane y neszpovedane; Za vsze takai ztranzkè grehe, koiemszem naimre ia z-moiem zpachenyem zrok bil: Saluiemsze iz glubline

line ſzercza moiega y kaiam, y togamije ſal daſze nemorem bolye zanye kaiati, ſaluvati, y plakati, kodbi vredno, potrebno, y doztoino billo.

5. O predragi Odkupitel razpeti moy Chriſtus JESUS! lyubimte, y kuſſuiem iz glubine ſzercza moiega; arſzi ti vſze lyubavi, y zverhu vſzeh ztvarih vreden lyublyen bitti: allite nelyubim zato dabi ti mene zvelichil, y vu pekel neoſzudil, nittite lyubim z uffanyem kakovu plachu od tebe dobiti: Negote lyubim zato, kaitiſzi ti za lyubav moiu iz nebeſz na zemlyu doſſel, Chlovekom poztal, y na krisnom drevu vſzu tvoju Preſz. Kerv preleiati, y ſzmert podnezti doztoialſze: oh terkak neſzi ti vreden lyublyen y hvalyen bitti?

6. Za lyubav tvoiu ô razpeti moy JESUS! oprascham y iavſzem protivnikom moiem vſzesko-

skode, krivicze, y obsanozti, koieszemgod od nyh priel, y zanyesze ponizno molim Bosanzki— Praviczi tvoioi, daijm za grehe— nevzemes krivicze meni vuchinyene, ar neznaiu kai chinè; Ja pako akoszemsze kada koiemu hotecs alli nehotecs, z- rechium alli chiinom neszamo zameril; nego morebiti hman peldu dal; od vszeh zkupa, y, od vszakoga poszebi ponizno proschenye proszim.

7. Akoszem komu za sivota kakovu krjviczu na blagu alli posztenyu vuchinil, ter do szada nebibil naplatil, y dusnozti moioi zadovolno vuchinil? vmreti neseleiem doklam napunom zadovolschine nedam; y akoprem ieszem iur razravnal szziromastvo moie, kodszem polek Boga y dusse moie naipravicheneie stimal, y szudil, povszem tom vendar akosze koi pravichni dùg naide po moie szmerti, za koiegaszem ia morebit zabil?

zato

Digitized by Google

zato hochu, y zapovedam, daſze vſzi dugi naipervo napunom naplatè, oztalo pako naiſze polek pravicze razdeli, kakſzem vu Teſtamentumu odluchil, y obznanil vuchiniti.

8. Proteſtuiem ovo pred tobum ô dobri JESUS! da neſeleiem zdravya, nitti ſzmerti, pacse niti naimenſega hipa ſiveti duglye; nego kak, y kuliko ie Bosanzka volya tvoia. Vmreti pako ſeleiem, y hochu z-miloschum tvoium ſzvetum prez vſzake dvoinozti vu Vere katolichanzke; y akobime pekleni duhi po kerhkoche moie, na kakovu dvoinozt na moie ſzmertne vure napelyavali, ſzada za onda ô dobri Jesus! doklamſzē pri dobre pameti, y razumu, vſzem odgovariam, y ſzuprotiſze poztavlyam: raiſſi iezero krat vſze muke ovoga ſzveta preterpeti, da pacse y vu peklenzke muke z-duſsū y telom prepazti, negſze vech vu grehe po-

povernùti, alli koioi vrasy tentaczy dobrovolno privoliti.

Ovu pak moiu zadnyu Volyu, y Protestacziu, koiu ia chinim ovde na zemly iosche sivuch, proszim y molim, da bude y vu nebu od vszega Presz. TROIZTVA potvergyena. Tebi adda naipervo ò Kralicza nebezka MARIA Devicza! Tebi takai ò moy Sz. Angel Chuvar, kakti y vszem Bosyem Szvetczem y Szveticzam, oszebuinem pako nachinom vam ò Sz. Joseff, y Sz. Barbara kod naioszebuinessem Patronussem vu szmertnom vremenu, vu miloztivnu vassu pomoch y obrambu preporucham ovu zadnyu volyu, y konecz sitka moiega; da vi y Szvedoki moie zadnye ove volye, y Pomochniki verni budete proti vszakoi peklenzki szilli, na moioi zkradny vuri, kada dussa moia razluchavalasze bude od gresnoga tela moiega. Tebe pako ò

razpe-

razpeti moy JESUS! molim y proszim, za Presz. Ranne tvoie, da ti z- predragum kervium tvoium podpisses y zapechattis ovo moie zadnye nakanyenye, hotenye, y volyu, tak da vsze peklenzke izille premeniti nyu, alli zatrèti nebudu mogle.

Ovdi moresze na kratkom ponoviti testamentum na konczu posztavlen.

ZDIHAVANYA ZTRELNA

Koiasze od Betesnika k- szmertnomu vremenu priblisavaiuchega, iz glubine szercza k- Razpetomu JESUSSU pobosno vuchiniti moraiu.

AH JESUS! Odkupitel moy Razpeti, szmiluisze meni gresniku, y pomozime kak ti naibolle znas, y kak meni potrebno ie vu razluchavanyu od tela gresne dusse moie; Ah JESUS! Szin sivoga Boga, Szin MARIE vszigdar prechizte Devicze, zdravye beresneh, zavetye gresneh, szmiluisze nad menum vu ove szmert-

ne

Digitized by Google

ne vure moie. Neodurime, ar vu tebe veruiem ; Neodverzime, arsze vu tebe uffam ; Nepuztime razluchitisze od tebe, ar tebe ia iz szercza lyubim, y na veke lyubiti seleiem, y hochu.

Ogleisze name ò dobri JESUS! y vu tvoiu miloschu uffaiuchega mene gresnika, koiegaszi z-Presz. Kervium tvoium odkupil; neoztavime vu szmertneh ztizkah moieh.

Razveszelime, obatrime radozt vszeh szaloztneh! y neodverzi od tebe gresnu dussu moiu, za koiuszi ti na krisnom drevu szmert podiel, y dussu tvoiu Sz. zpuztil.

Jaszem on jalni szluga tvoy, koiszem tebi deszet iezer talentumov zaoztal, y tak vellikoga duga tebi platiti neznam, kakti ni nemorem, akomiga ti polek milosche tvoie neoproztis, y dussa moia budega vu peklu plachati morala; ah szpomenisze ò miloztivni

ztivni JESUS! na britku muku tvoiu; nai nebude zahman nye vrednoſzt, negoſze ſnyum nad menum nai naplati Boſanzka Pravicza tvoia.

Dicat Reo ut ſecũ oret Pater Noſter, Ave Maria, Credo: *Et dum incipiet orare, ſigno dato à Carnifice, recedat Sacerdos à Reo, non timidè, cum*

Digitized by Google

ſtrepitu, & properanter, ſed paulatim, pergens in oratione eodem tono, ne terreatur Reus, & ipſe Magiſter, à clamoroſa Sacerdotis voce.

Ubi primò defunctus fuerit Reus, Anima ejus precibus populi cõmendetur, & ipſe Confeſſarius flexis genibus præoret ſequentem commendationem Animæ.

Gda Duſſa iz tela vun izide.

POmozete Boſij Szvetczi, hodete Angyeli Nebezki, preimete Duſſu nyegovu, terju zaneſzete pred licze Boga vſzamoguchenoga, Amen.

Pſalmus de Profundis. Iz glubine &c. *vide fol.* 186. 187. & 188.

Quâ Oratione, & Commendatione finitâ, exhortetur Sacerdos Auditores brevibus verbis ſed efficacibus, ut caveant à ſceleribus, quæ ſimili morte puniri debeant.

Et ſi commodè fieri poteſt, ſtatim in templo aliquo, convocato populo, pro Defuncti Anima ſacrificetur.

BRE-

Digitized by Google

BREVE TESTAMENTUM,

Seu

Ultima Voluntas, ac renovatio Fidei, Spei, & Charitatis,

quotidie facienda signanter ante nocturnam quietem, & sic in Gratia DEI se sistendi, à præventu improvisæ mortis; quam Confessarius nunquam etiam omittet anticipare cum infirmo, & quidem mox post Confessionem, ac deinceps sæpius.

In Nomine Domini, Amen.

COmmendo Summo DEO animam meam, corpus terræ, ac putredini pro cibo vermium.

Voluntariè renuncio rebus omnibus hujus mundi, quæ nihil sunt quàm mera vanitas.

Doleo, ex toto corde, meq; meorum pœnitet peccatorum, & hoc propter amorem erga DEUM meum, à me super omnia amatum.

Ex toto corde, & animo ignosco omnibus inimicis meis.

Digitized by Google

Unum credo DEUM, in personis trinum, nempe Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, utpote Creatorem, Conservatorem, Redemptorem, Remuneratorem, Omnipotentem, summum bonum, & Sapientissimum. Totaliter, firmiter credo omnia, quæ Ecclesia sancta Romana docet credere.

Spero ex bonitate DEI remissionem meorum peccatorum, & vitam æternam.

Amo DEUM meum ex toto corde meo, ex tota anima mea, & ex omnibus viribus meis.

Totaliter, plenè, & absolutè me commendo dispositioni Sanctissimæ, & semper honorandæ voluntatis DEI: promptus sum agere, & pati, sanus esse, & infirmus, vivere, & mori, qualiter & quando suæ Sanctissimæ placuerit voluntati, quæ semper in me impleatur, sicut in omnibus Creaturis. Amen.

Ani-

Digitized by Google

Animam, Corpusque meum commendo intercessionibus Gloriosissimæ Virginis MARIÆ, charissimæ Matris meæ, & Advocatæ; Sancti Josephi; Angeli mei Tutelaris, & omnium Sanctorum; humillimè eos rogans, ut mihi in hora meæ mortis assistant.

Ultima mea vox, verbumque sit, JESUS, MARIA, JOSEPH, inter quorum brachia vivere & mori volo. Casu quo lingua mea hæc Sancta Nomina exprimere nequiret, id à meo corde præstandum erit. Et si in articulo mortis, intelligendi sensus deficeret, protestor me nunc pro tunc de præsenti ea pronunciare, omni possibili fervoris affectu, reverentia & humilitate.

JESUS, MARIA, JOSEPH, O DEUS meus.

In manus tuas commendo Spiritum meum.

Digitized by Google

Formando Crucem ſupra pectus dic.

PEr Sanctam Virginitatem & immaculatam conceptionem tuam, ô puriſſima Virgo emunda cor & corpus meum in nomine Patris, & Filij, & Spiritûs Sancti, Amen.

Deponendo te ad lectum dic.

Salva me Domine vigilantem, cuſtodi me dormientem, ut vigilem cum Chriſto, & requieſcam in pace.

Meditatio ante ſomnum.

1.

Tandem mihi moriendum erit, ſed neſcio quando, ubi vel quomodo.

Hic hære pauliſper.

2.

Tunc comparendum ante inevitabile Tribunal juſti Judicis DEI, & de minimis, ut de maximis reddenda ratio.

Hic

Digitized by Google

Hic hære pauliſper.

3.

Et væ mihi ſi reus inveniar æternæ mortis! ô æternitas! ô æternitas! quis habitabit cum ardoribus ſempiternis?

Hic hære pauliſper.

4.

O me felicem & æternum Beatum, ſi juſtus inveniar, DEIque amicus. Tunc verè æternum Beatus ſatiabor gloriâ, torrente voluptatis potabor. *Hic hære, uſque dum obdormias.*

KRATTEK TESTAMENTUM

Illiti

Zadnya Volya, koiu vſzaki dan, ter navlaſztito pred nochnem pokoiom vſzaki poboſen Kertchenik ponavlyati mora. Ako vu miloſchu Boſyu zaſzagyen, y od nagle ter nepripravne Szmerti oſzlobogyen bitti hoche.

Digitized by Google

Vu Ime Goſzpona. Amen.

PReporucham naipervich Bogu naivekſſemu Duſſu moiu, Tello pako Zemlij gnylochi, y chervom za hranu.

Odgovariam hotoncze vſzem ſztvaram, y vſzakomu dugovanyu thoga Szveta, koia nikai ne, nego ſzama nichemurnoſzt.

Salmye, iz vſzega Szercza kajamſze, za vſze grehe moie, y tho zbog lyubavi proti Bogu moiemu.

Iz vſzega Szercza, y Duſſe moie, oppraſcham vſzem nepiatelom moiem.

Jednoga veruiem Boga, vu Perſonah troiega, naimre Otcza, Szina, y Duha Szvetoga; veruiem kot Sztvoritela, Obchuvaritela, Odkupitela, Naplachitela, Vſzegamoguchega, y vſzega znaiuchega; iedno y naivekſſe dobro. Tverdno y zevſzema veruiem vſza, koia Szveta Matti Czirkva vuchi, y veruvati zapoveda.

Vſſam-

Digitized by Google

Vffamſze iz dobrote Boſanſzke vu vſzeh grehov moieh odpuſchavanye; y vu Sitek vekivechni.

Lyubim moiega Boga, zevſzega Szercza moga, zevſze Duſſe moie, y zevſze iakoſzti moie.

Zevſzema, na punom, y vſzakoiachki mene ia izrucham, y preporucham vu nai ſzveteſſu, y vſzigdar poſtuvanu volyu Boſanku; y gottovſzem vſza vuchiniti, y terpeti, zdravi y beteſen bitti, ſiveti y vumreti, kak y gdagoder nyegva naiſzveteſſa bude volya, koia vſzigdar vu meni naiſze zpunni, kak y vu vſzem ztvorienyu, Amen.

Duſſu y Tello moie preporucham obrambi y zagovoru nai odicheneſſe Devicze MARIE, moie nai lyubleneſſe Maike y pomochnicze, Szvetoga Joſepha, Angela moga chuvara, y vſzeh Szvetczev; ponizno nye molechi na zkradnij vuri dame neoſztave.

Za-

Digitized by Google

Zadnya moia rech y glaz nai bude, JESUS, MARIA, JOSEPH, vu koich naruchaiu ſiveti y vúmreti hochu. Y akomi pripetiſze da iezik moi, ova Szveta tri Imena zgovoriti nebi mogel, tho od Szercza moga nai nadomeſcheno bude. Y akobi na zkraduij vuri moioi, razuma moga chutenye meni zmenkalo, valuiem y proteſtuiem, da ſzada za onda zevſze moguchnoſzti zkruſſenoga y poniznoga Szercza moiega nye ſzgovariam.

JESUS, MARIA, JOSEPH, O Bog moi!

Vu ruke tvoie preporucham Duſſu moiu.

NB. Ov Teſtamentum, y betesni, ter vmiraiuchi kruto haſznovito moraiu pred ſzmertium ponoviti, alli ſzami, alli (ako chteetti neznaiu) z-ſzpovednikom ſzvoiem.

MO-

MOLITVA

Po prodechtvu ſzuproti Voiſzkam, y nepriatelom orſzackem obchinſzkem.

VSzamoguchi vekivechni Gozponne Boſe, Otecz miloſche y miloſzerdnoſzti, ogleiſze ogleiſze okom milosche, na tvoie kerſchanſzko lyucztvo: odverni odnaſz ſzerdu tvoiu: biche y kaſtige, koieſzi nanaz po naſſeh nepriateleh puztil, vzemye odnaz za tvoie Szveto ime. Szmiluiſze Gozponne, nad raſzipom lyucztva tvoiega: poſzluhni krich lyudih nevolneh, za dragu kerv tvoiega predragoga Szina. Iztinaie Gozponne, daſzmo vredni vſzeh oveh tvoieh kaſtig, arſzmo vgreſſili proti tebi, y odvergliſzmoſze od tebe Branitela y Odkupitela naſſega: odvergliſzmo zapovedi tvoie, odkehſzi bil rekel, danaz hote braniti od vſzeh nepriatov, akoie obderſzavali budemo; akoli ne, danaz nepriateli hotte

ſzkon-

Digitized by Google

ſzkonchati iz licza zemlye! Ali ti miloztivni Otecz, ſzpomeniſzo ſz tvoie ſztare milosche y dobrote; y ovemi tvoiemi bichi, obudi tvoie lyuctvo, na poznanye ſzvoieh grehov, daſze poverne k-tebi zevſzega ſzercza, po pravom pokajanyu, po doztoine pokore, y onak, da toplemi ſzuzami vgaſzi zasganoga ognya ſzerditozti tvoie. Pomiluinaz Gozponne pomilui, y nechini znami poleg hudobe, y nevrednozti naſſe, nego polag velikoche vrednozti tvoie. Oſzlobodinaz od ove vezdaſſne nevolye, y pogibeli. Znaș Gozpoñe, daſze poganini, y vſzi drugi Czirkve tvoie Kerſchanſzke nepriateli, bolle uffaiu vu ſzvoiu iakoſzt, nego vu tvoiu prigledbu y zmosnoſzt. Nedaym adda objazti nadnami; poterri iakoſzt nyhovu, razmechi hotenye y nakanyenye nyhovo, ko nad nami miſzle zverſiti, da poznaiu y vide,

da-

Digitized by Google

daſzi ti nas dobri Brauitel y Oſzloboditel, ki meſzto naz voiuies, y polag naz ſztoys, ki vudris da hoches y koga hoches; obranis, y oſzlobodis da hoches y koga hoches; Bog zmosni vſzamoguchi, ki zevſzem ſzvetom ladas y treſzes, komu budi hvala y dika na vſze veke, Amen.

MOLITVA *po prodechtvu Proti kuge, vu kuſnom vremenu.*

OTecz milosche y miloſzerdnozti, vgreſſiliſzmo proti tebi, y z- Pregyemi naſſemi vſziſzmo z- menkali, vſziſzmoſze vgreheh vtopili, vſziſzmo nehaznoviti poztali: Zatto vredni ieſzmo tvoie ſzerditoſzti, y tvoieh, ognyeneh chemerneh ſztrel, kotereſzi puztil na naſz. Allite ponizno molimo, y proſzimo miloſztivni Boſe, ſzmiluiſze nad nami, y nebichuynaſz polag naſſe vrednozti, nego gledechi na vrednoſzt predragoga Szina tvoiega, y na tvoiu

iu nezgovornu miloschu : pomiluynaz, y odverni odnaz ovu chemernu naglu ſzmert, koia tak nemiloma tvoie lyucztvo rasa y gubi. Zapovegy Gozponne Angelu, kinaz rasa, da ſztegne ruku, y ſzrani vu mosnicze ſzvoie kervavu ſzlabyu, da zevſzema nepoginemo, y zemlya neopuſztor. Akoliſzi pak prekorupcze dokonchal, da naz ovem tvoiem bichem hoches zbriſzati iz licza zemlye, budi tvoia ſzveta volya : liſztor danaz na ovom ſzvetu naglum, y na drugom vekivechnum nekaſtiguies ſzmertium. Budinam ova ſzmert, na pokajanye, y na zadovolschinu za naſſe grehe. Nedai Gozponne nikomu vu nyoi zdvoiti, y vekivechnoga ſitka pogubiti, za JESUSSA Chriſtuſſa krisnu ſzmert y kervno preleianye, po prosnye Blasene Matere nyegove, y vſzeh tvoieh ſzvetczev, Amen.

EXOR-

Digitized by Google

EXORCISMUS
Contra iminentem tempestatem fulgurum, ventorum & grandinis.

PEr Signum † Crucis, de inimicis nostris † libera nos DEUS noster † Amen.

In Nomine Patris, † & Filii, † Spiritûs Sancti, † Amen.

Dicatur Symbolum fidei, scilicet Credo in DEUM Patrem Omnipotentem &c.

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. Pater noster &c. Et ne nos &c. Sed libera nos &c.

℟. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum & terram.

℣. Sit Nomen Domini benedictũ.

℟. Ex hoc nunc & usq; in sæculũ.

℣. Exurgat DEUS & dissipentur inimici ejus.

℟. Et

Digitized by Google

℟. Et fugiant qui oderunt eum à facie ejus.

℣. Exurge Domine adjuva nos.

℟. Et libera nos propter nomen tuum.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℣. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

DOmine JESU Christe, qui fecisti Cœlum & terram, mare & omnia, quæ in eis sunt: quique flumini Jordani benedixisti, atque in eo baptizari voluisti, & tuas sanctissimas manus & brachia sanctissima, in Cruce † extendisti, quibus aërem sanctificasti: obsecramus immensam pietatis & bonitatis tuæ abundantiam, quatenus nubes (quas ante me, & post me, & supra me à dextris & à sinistris video aërem perturbare) dissolvere, & annihilare digneris; ut

Digitized by Google

ut alligata potestas dæmonum impiè desævientium deficiat, & turbetur, ad laudem, & invocationem tui sanctissimi Nominis, & potentissimæ Majestatis tuæ. Qui vivis & regnas cum DEO &c. Amen.

Deinde conversus ad nubes, signet eas signo Crucis, dicens.

CIrcumdet te nubes DEUS Pater ✝, circumdet te DEUS Filius ✝, circumdet te Spiritus Sanctus. ✝ Destruat te DEUS Pater ✝, destruat te DEUS Filius ✝, destruat te DEUS Spiritus Sanctus. ✝ Comprimat te DEUS Pater ✝, comprimat te DEUS Filius ✝, comprimat te DEUS Spiritus Sanctus ✝, Amen.

Obsecratio.

SAnctus Matthæus, Sanctus Marcus, Sanctus Lucas, Sanctus Joannes Evangelista, qui Christi Evangelium per quatuor mundi partes divulgarunt, ipsi suis meritis & precibus, hanc

Digitized by Google

tempestatem à termino isto, & ab omnibus Christianorum finibus, ab eodem Domino nostro JESU Christo obtineant. effugari & depelli.

Exorcismus.

ET ego peccator & Christi Sacerdos, seu Minister, licet indignus; authoritate & virtute ejusdem DEI, & Domini nostri JESU Christi Summi Imperatoris, non meâ potentiâ innixus, aut confisus, vobis præcipio, immundissimi Spiritus, qui has nubes, seu nubulas concitatis, in Virtute ejusdem DEI & Domini nostri JESU Christi ✝ per sanctissimam ejus Incarnationem, per sanctam Nativitatem, per Baptismum & Jejunium, Crucem ✝ & passionem; per sanctam Resurrectionem, per Admirabilem Ascensionem, per tremendum adventum ejus, & Judicium: Per merita intemeratæ, semperque Virginis MARIÆ, & sancti

sancti hujus Ecclesiæ & Loci Patroni, & per merita omnium Sanctorum, ut excatis ab eis, & eas dispergatis in locis sylvestribus & incultis; quatenùs nocere non possint hominibus, animalibus, fructibus, herbis, arboribus aut quibuscumque rebus, humanis usibus deputatis. Per eundem Dominum nostrum JESUM Christum, qui venturus est judicare vivos, & mortuos & sæculum per ignem. Amen.

Ipse vobis imperet, Dæmones, qui has nubes fovetis, de quo in nube lucida dictum est; *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui* † ipse vobis imperet, qui sua sacratissima Cruce, & Corporis sui Sanctissimi extensione aërem purgavit † ipse vobis imperet, qui per mortem suam vos, Principem vestrum mortemque devicit & ligavit, atque æternis gehennæ mancipavit

Digitized by Google

ignibus † ipse vobis imperet, qui inferno spoliato, surrexit à mortuis † ipse vobis imperet, qui post quadraginta dies nube susceptus, virtute sua ascendit ad Cœlum † ipse vobis imperet, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem, Amen.

Postea ostendat, & formet Crucem in aere dicens.

ECce Signum Sanctissimæ Crucis † fugite partes adversæ, vicit enim vos & mundum, Dominus noster JESUS Christus, Filius DEI, Imperator Summus, Leo de Tribu Juda, Radix David.

Postea aquâ Benedictâ in modum Crucis † aspergat ad quatuor partes mundi.

Si non quiescat tempestas, dicenda sunt etiam Litaniæ Omnium Sanctorum, quæ habentur in Breviario.

Si campana benedicta habeat vim pellen-

Digitized by Google

pellendi malignas tempestates, ne nocent excitare; quantò magis habent eandem virtutem preces Ecclesiæ communes, ad similes effectus determinatæ, & longo jam usu approbatæ?

Utantur ergò tum Reverendi Domini Parochi, tum etiam cæteri PP. Sacerdotes istis exorcismis tempore opportuno, in nomine Domini; Caveant tamen singuli, ne gratis & infructuose sua spirituali & Apostolica gaudeant virtute ac potestate; sed zelose, & fructuose ita fungantur illâ, secundùm quod Cœlitus eis concessum est. Hi ergo quam primùm periculosas animadverterint & nocivas in aere excitari tempestates; mox relictis omnibus debite contriti & compuncti, cum bona Conscientia, saltem stolâ (si adsit) induti, & cum aqua lustrali procedant obviam; illam partem versùs, unde minatur tempestas; ac sequentem (aut etiam alium ex alio Rituali obvium, aut prolixiorem)

Digitized by Google

devotè accipiant, viva fide incipiant, prosequantur & finiant Exorcismum; & Oratio fidei salvabit orantes, credentes, & circumstantes. Turpe enim vitium est, nec minus in populo scandalum, quod frequenter, dum vel crudelissime grando, & vehemens tempestas campos devastat & vineas, tunc sacerdotes imperturbati, jam ceptas continuant epulas & gulose oblatas evacuant amphoras: Et qui calicem Domini, vix mediâ horâ dietim in Altari patienter tractant; totum residuum temporis, in conviviis ad evacuandos scyphos, superfluum esse non censent, aut molestum.

Quare

Excita Domine talium corda impiorum; & Accediam illorum ab eis longe repelle, &c.

Bene-

Digitized by Google

Benedictio B. Salvatoris ab Horta Franciſcani, contra Febres.

† J † N † R † J †

† Potentia † DEI Patris † Sapientia † DEI Filij † Virtus † Spiritûs ſancti † Liberet te devotum Famulum ſuum NN. (*vel devotam Famulam ſuam NN.*) ab omni Febri quartanâ † tertianâ † quotidianâ † & continuâ † Beato Salvatore ab Horta orante pro te †.

† In Conceptione tua Virgo Immaculata fuiſti †.

† Ora pro nobis Patrem † cujus Filium peperiſti.

† J. † M. † J. †

Dominus te N. benedicat † ac ab hac infirmitate, & ab omni malo ſemper defendat, Amen.

NB. Antequam hæc Benedictio charta, in collo infirmi appendenda, inſeratur & inſcribatur; Sacerdos

Digitized by Google

prius benedicat & conjuret viva fide ipsam chartam, modo quo sequitur:

℣. Adjutorium nostrum &c. ℟.

℣. Domine exaudi &c. ℟.

℣. Dominus vobiscum &c. ℟.

Oremus.

Conjuro te, & bene✝dico te charta, per verba illa tituli triumphalis Salvatoris Domini nostri JESU Christi, & per omnia illa verba, quæ dicuntur de Creatore omnium creaturarum; qui potest tribuere, & facere, quod tantum obtineas virtutem, ut omnia quæ supra te scribentur ad effectum salutis æternæ perducere valeas; ut omnis fallacia, & virtus diaboli exeat de te, & intret in te omnis virtus prædicta sinè mora. In nomine Pa✝tris, & Fi✝lij, & Spiritûs Sancti, Amen.

Aspergatur aquâ benedictâ.

Charta in majori quantitate semel benedicta servetur, ne toties quoties benedici debeat.

Spe-

Speculum Religiosorum, & Confessariorum.

Hactenus quæ pauca præsens dedit libellus, utique & potissimum pro directione notata sunt proximi: Ne autem & ipse Director aliorum, irregulariter & sine regula sui vivat, & salutem aliorum quærat, suam autem negligat (præter Regulam ter sanctè professam, ac tot sanctas constitutiones) eidem pro quotidiano usu, ac accremento suæ salutis, in vicem Religiosi speculi, has sequentes 60. Divi Bonaventuræ Sententias indies inspiciendas expono, & ruminandas.

1.

Coronam in Religione labor præcedit, & pugna.

2. Tutus in Religione vivit, non qui sibi, sed qui Deo vivit.

3. Semper Religiosus deficit, qui in sua vocatione non semper proficit.

Digitized by Google

4. Religioſus, qui aliena curat, ſibi ſuisque deeſt.

5. Deo ſervire non poteſt Religioſus, qui ſibi non dominatur.

6. Non quamdiu in Religione fueris, ſed quàm bene in ea vixeris, refert.

7. Furtum facit, qui ſine fructu in Religione vivit.

8. Quomodo morietur in Domino Religioſus, qui in vita pro Domino non fuit laborioſus?

9. Malè utitur cella, qui in ea, vel non agit cum Chriſto; vel non laborat pro Chriſto.

10. Neſcit ſe amare Religioſus, qui nimiùm ſibi indulget.

11. Vult Deus ſervum ſuum cordatum, non delicatum.

12. Non Deo, ſed ſibi ſervit, qui in Dei ſervitio ſua procurat commoda.

13. Væ, væ, illi qui inter bonos malus eſt.

14. Non eſt humilis Religioſus,

Digitized by Google

ſus, qui dedignatur, vel non optat ſperni.

15. Non eſt pauper, qui paupertatis non ſentit incommoda.

16. Non eſt obediens, qui obediendo proprium ſequitur judicium.

18. Religioſum ornat quidem ſcientia, ſed virtus coronat.

19. Væ tibi, qui alios verbo inſtruis, & exemplo deſtruis.

20. Venenum Religioſi, propria voluntas.

21. Cùm per urbem incedis, memento te Religioſum eſſe, non Pictorem.

22. Væ Religioſo, cui cordi magis eſt ſanitas, quàm ſanctitas.

23. Servus Dei non vivit, ut comedat; ſed comedit, ut vivat, & ſerviat Deo.

24. Servus Chriſti pro Dei amore non curat propria incoñoda.

25. Religioſus negligens, lætitia dæmonis.

Digitized by Google

26. Religiosus curiosus, oblivio sui.

27. Quo magis laboras pro Christo, eò plus debes Christo, quia fructus tuus est.

28. Absit à Religioso, vocem habere Jacob, & manus Esau.

29. Lingua Religiosi cordis, mentisque tuba.

30. Religiosorum exempla, mors, & vita sæcularium.

31. Quomodo eris lux mundi, si neque tibi luces?

32. Nescit lucrari Christum, qui nescit pati pro Christo.

33. Bonus Religiosus non minùs charus est Deo infirmus, quàm sanus.

34. Non erit clamor in valetudinario, si patientia fuerit in infirmo, & charitas in infirmario.

35. Non Religiosè vivit, qui venialia non curat.

36. Si venialia in sæculari displicent Deo, nunquid placebunt in Religioso?

37.

Digitized by Google

37. Religiosum otiosum dæmon venatur & capit.

38. Religiosus litigiosus, officialis dæmonis.

39. Non est familiaris Deo, qui non est amicus orationis.

40. Extra sæculum nondum est Religiosus, quem Affinium nimia solicitudo tenet.

41. Veluti pilâ ludit dæmon cum Religioso vano.

42. Aliis prodesse, & sibi nocere, stultitia est, non charitas.

43. Bonus Religiosus non spernit mundum; gaudet autem se sperni à mundo.

44. Servus Christi studet esse Sanctus, & non cupit videri Sanctus.

45. Nihil Christo dedisti, si ei cor tuum totum non dedisti.

46. Religiosus fervens, flagellum dæmonum.

47. Religiosus iracundus, fulmen inferni cuncta perturbans.

Digitized by Google

48. Religiosus mansvetus, decentia status, & ornamentum Religionis.

49. Quid tibi proderit reliquisse sæculum, nisi pœnitentiam in Religione egeris?

50. Servus Christi patienter tolerat, parce loquitur, & multum laborat pro Christo.

51. Religiosus indifferens, Religionis gemma pretiosa.

52. Te reliqvisse mundum bonum est; sed agere, ut mundus relinquat te, melius est.

53. Ille verè est Religiosus, qui verè dicit:

DEUS Meus, & Omnia.

54. Religiosus proprietarius plus amittit, quàm furatur.

55. Inquietè vives, si una in te regnet passio, etiamsi reliquæ mortificatæ sint.

56. Non Superiorem, sed se fallit subditus, qui pro *nolle*, dicit se *non posse*.

57. Qui

Digitized by Google

57. Qui ſuum Superiorem non habet loco Dei, nec Deus habebit eum loco filij.

58. Si in Religione inter bonos non bonus; quomodo in ſæculo inter malos bonus eris?

59. Qui in Religione pacem vult habere cum Fratribus, nemini contradicat.

60. Ingratus Religioſus ille eſt, qui putat ſe plus contuliſſe Religioni, quàm accepiſſe.

Ultima.

Religioſus exceſſivo vino deditus ac ebrioſus, eſt Idolum pictum & fictum; Gener Scandalorum, profanator Religionis, virtutum Carnifex, Bacchi Collega, & Baccalaureus diaboli.

IN-

Digitized by Google

NB. I.

INDULGENTIÆ PERPETUÆ

Pro Orantibus ad pulsum Salutationis Angelicæ.

BENEDICTUS PP. XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

INjunctæ Nobis divinitùs Apostolicæ servitutis ratio postulat, ut cœlestium munerum thesauros dispensationi nostræ à Domino creditos fideliter erogemus, cùm id ad augendam in terris Beatissimæ, atque Augustissimæ Cœli Reginæ Virginis DEIparæ MARIÆ, Patronæ, & Advocatæ nostræ venerationem, excitandámque, & confovendam erga illam fidelium devotionem, ac ad animarum salutem speremus in Domino profuturum. Itaque de Omnipotentis DEI misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus authoritate confisi, omnibus, & singulis Christi fideli-

Digitized by Google

delibus verè pœnitentibus, & confessis, ac sacra Communione refectis, qui manè, aut meridiè, seu vesperè ad pulsum Campanæ Angelus Domini nunciavit MARIÆ, & concepit de Spiritu Sancto. Ecce Ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum. Et Verbum Caro factum est, & habitvit in nobis, *cum tribus* Ave Maria *flexis genibus devotè recitaverint, & pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad* DEUM *preces effuderint, plenariam in uno die cujuslibet mensis dumtaxat, per unumquemque Christi fidelem ad sui libitum eligendo, lucrifaciendam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus; in reliquis verò anni diebus iisdem Christi fidelibus verè contritis, quoties id egerint, centum dies de injunctis eis, seu alias quomodolibet debi-*

Digitized by Google

debitis Pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus: præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut earundem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIV. Septembris 1724. Pontificatûs Nostri anno primo.

F. Card. Oliverius.

2. In Rubricis novi Breviarij nostri Ordinis, Tit. VIII. num 88. & 89. Fratribus, Monialibus, & Tertiariis nostris enixè commendatur Statio SS. Sacramenti; id est, ut singulis diebus vesperi coram summo Altari se sistant, & ibidem 6. Pater, & Ave,

Digitized by Google

Ave, *cum totidem* Gloria Patri &c. *extensis brachiis orent; sic enim quotidie Indulgentias lucrantur plenarias. Ex concessione Julij III. & confirmatione Inoc. XII. 19. Maij, 1694.*

3. *Eodem Titulo n.* 90. *Nostrates studiosè incitantur ad sedulo recitandam Coronam B. M. V. septem decadibus constantem; qua devotione quotidie promerentur Indulgentias Plenarias etiam Animabus in Purg: existentibus, per modum suffragii applicabiles, ex Concess. Leonis X. & Pauli V. & novissima Confirmatione Innoc. XI. 15. Maij, Anno* 1688.

Quidam autem scire cupientes, quæ Indulgentiæ sint concessæ, tam recitantibus, quam intervenientibus Divini Officij recitationi, ac Missarum celebrationi in Festivitatibus, & Octavis SS. Corporis Christi; Immaculatæ Conceptionis B. M. V. & SS. Nominis JESU. Ego ergo eorum piæ devotioni satisfacere cupiens curavi omni, qua potui diligentia, eas ex pluribus

Sum-

Digitized by Google

Summorum Pontificum Bullis fideliter extrahere, ac in lucem prodere, ut Fideles magis incitentur ad eas in supradictis diebus acquirendas. Videatur Bulla Urbani IV. Transeamus de hoc mundo. *Martini V.* Ineffabile Sacramentum, *& Eugenij IV.* Excellentissimi Corporis. *In Bullario Cherubini. Tom. I.*

Summarium Indulgentiarum concessarum pro Festivitate, & Octava SS. Corporis Christi.

Omnibus Christi Fidelibus vere penitentibus & confessis, qui in primis ipsius Festi Vesperis interfuerint; quingentorum dierum concessa est Indulgentia.

2. *Qui Matutinali officio Festi ejusdem, quingentorum dierum.*

3. *Qui verò Missam audierint, vel si Sacerdos fuerit, celebraverit, quingentorum dierum.*

5. *Pro qualibet hora minori, ducentorum dierum: quibus enumeratis,*

Digitized by Google

tis, constituunt annum mille, & ducentorum dierum.

5. *Item in secundis Vesperis ipsius Festivitatis, quingentorum dierum.*

Præterea, qui per totam octavam supradictæ Festivitatis, Divinis Officijs Matutini, Vesperarum, Missarum, aliarumque horarum interfuerint, qualibet die, trecentorum dierum lucrantur Indulgentiam.

Pro Festo, & Octava Immaculatæ Conceptionis.

Sciendum est, Sixtum IV. in Extravaganti. Cum præexcelsa, de Reliq. & Venet. Sanctorum, *omnibus Christi Fidelibus utriusque Sexûs Officium Immaculatæ Conceptionis, &c. recitantibus aut illius recitationi intereſſentibus tam in die Festivitatis, quam per octavam, eosdem Indulgentias concessisse, quas ipsius prædecessores Romani Pontifices dicentibus Officium SS. Corporis Christi, aut ejusdem recitationi intereſſentibus concesserunt pro die, & octa-*

Digitized by Google

octava hujus solemnitatis. Rubr. partic. Brev. Franciscani num. 51.

De Festivitate SS. Nominis JESU.

Idem dicendum est de Festo, & Officio SS. Nominis JESU, pro quo concessa sunt à Clemente VIII. illamet Indulgentiæ quæ supra enumeratæ sunt pro Festo SS. Corporis Christi; dummodo Christi Fideles, dum illud recitant, aut eidem intersint, semel devotè dicant quinquies Pater noster, *& totidem* Ave Maria *pro felici statu Romani Pontificis, & S. M. E. &c.* eadem Rubrica num. 53. & 54.

Unde excitandi sunt Fideles ad eas lucrandas, tam medio officiorum prædictorum, quam celebrando, aut devotè audiendo Missam. Utq. eas in prædictis diebus lucrari queant Christi Fideles, expediens erit, Matutinum prædictarum Festivitatum anticipare in serò post Completorium, &c.

Ad

Digitized by Google

Ad majorem autem noſtrarum Eccleſiarum decorem, & animarum profectum, hic adnoto dies Solemnes, quibus in omnibus Eccleſiis noſtri Ordinis eſt Indulgentia Plenaria pro omnibus Chriſti Fidelibus; incipiuntque a primis Veſperis, uſque ad ſolis occaſum diei Feſtivæ.

Jan. 31. In Feſto B. Ludovicæ Albertonæ.

Mart. 9. S. Catharinæ Bononien.

Maji 17. S. Paſchalis Babylon.

Maij 20. S. Bernardini Senenſis.

Junij 13. S. Antonij de Padua.

Julij 9. BB. Martyrum Gorcomienſium.

Julij 14. S. Bonaventuræ Card. Ep. & Doctoris Seraphici.

Auguſti 2. Dedicatio Baſilicæ Sanctæ Mariæ Angelorum.

Auguſti 12. S. Matris Claræ.

Auguſti 19. S. Ludovici Eppi Toloſani.

Sept. 4. Transl. S. Roſæ Viterb.

Octob.

Digitized by Google

Octob. 4. S. P. N. FRANCISCI.
Octob. 19. S. Petri de Alcantara.
Octob. 23. S. Joan. à Capistrano.
Novemb. 12. S. Didaci.
December 8. Immaculatæ Conceptionis B. M. V. *Intelligo tamen, nisi constet eas aut expirasse, aut esse cassatas.*

Has porro Indulgentiarum dies, curent PP. Concionatores sedulo & fideliter tum per domesticus, tum per extraneas Cathedras prævie esse publicatas; ne Thesaurus concessus inutiliter deliresçat sepultus: Patres autem Confessarij eum diligenter effodiant, per indefatigatam ut patientem Confessionum exceptionem; ne populus desidibus pro more, & negligentibus exprobret illud Evangelij: Messis quidem multa, operarii autem pauci, *& sæpe nulli. Horum autem operariorum defectus, ut plurimum accresçit ex negligentia, & nullo zelo, aut invigilantia Superiorum; sed sicut Pastor ita & Grex, quo-*

Digitized by Google

quorum venter DEUS *est. Ex quo tandem sequitur (visa impietate Religiosorum) impietas summa etiam in plebe:* Qualis enim Sacerdos, talis & populus: *Cujus tamen sanguinum* DEUS *exquiret de manu Sacerdotis, non sine infallibili retributione, ac vindicta.*

NB. II.

Anno Sancto seu anno Jubilæi *extra Urbem omnes Indulgentias plenarias suspendi. Ab hac tamen restrictione eximuntur Indulgentiæ concessæ constitutis in articulo mortis, ac pro defunctis.* Ita Urban. VIII. 1625. & alii. Nec *suspenduntur Indulgentiæ personis aliquibus particularius concessæ; nec privilegia Religiosorum; nec Bulla cruciatæ alicubi publicata; nec indultæ* per Trid. Sess. 24. c. 6. *expressa & concessa Episcopis absolvendi & dispensandi cum suis subditis in Irregularitate, in impedimento Matrimonij, & petendi debitum; nam hæc omnia ju-*

Digitized by Google

ri communi eis debentur. Ita Sbogar. Tract. 104. n. 4. *& plures Casuistæ, quos in puncto Jubilæi & Indulgentiarum liceat, imo consulere oporteat.*

Indultum.

Carmelitarum Congregationis S. Eliæ, Ordinis B. V. MARIÆ de Monte Carmelo; quo omnibus & singulis tum Provincialibus tum Conventuum ac Residentiarum nostræ Franciscano-Sclavonicæ Provinciæ p. t. existentibus Superioribus, plenaria conceditur facultas, devotum Christi populum, ad Sacram eorum Confraternitatem recipiendi, ac Sacra Scapularia imponendi. Decretum porro, seu tenor licentiæ est, ut sequitur.

Fr.

Digitized by Google

Fr. Carolus Franciſcus à Beato Joanne à Cruce Præpoſitus Generalis Carmelitarum Diſcalceatorum Congregationis S. Eliæ, Ordinis B. V. MARIÆ de Monte Carmelo, ac ejuſdem Sancti Montis Prior; univerſis Patentes noſtras litteras inſpecturis, ſalutem in Domino ſempiternam.

NOs pium conſiderantes, quem erga Beatiſſimam Virginem MARIAM de Monte Carmelo gerit affectum, Adm. R. P. Fr. Ladislaus Szente, Ordinis Minorum Obſervantiũ, Provinciæ S. Ladislai in Sclavonia Miniſter Provincialis, ac cæteri in eadem Provincia exiſtentes; ad inſtantiam ejuſdem A. R. P. Ladislai Szente, Ipſi, ac R. Patri Capiſtrano Styber, nec non omnibus RR. PP. Miniſtris Provincialibus, &

Digitized by Google

Guardianis pro tempore in præfata Provincia, ac toto Regno (*seu Provincia*) Sclavoniæ existentibus, de quorum probitate, ac prudentia, multùm in Domino confidimus, facultatem ad beneplacitum nostrum, sive successorum nostrorum, impartimur, ut Habitus sive Scapularia parva à Confratribus & Consororibus Confraternitatis Beatissimæ Virginis MARIÆ de Monte Carmelo gestari solita benedicant, atque ipsis imponant, cum benedictione & cæremoniis consvetis; & ut ad participationem omnium bonorum spiritualium Ordinis nostri admittere, itemque benedictionem, ac plenariam Indulgentiam in articulo mortis impendere valeant: Dummodo id fiat in Oppidis, & Locis, ubi Conventus, vel Sacerdotes Ordinis nostri non reperiuntur: nomina autem conscripta ad Eccleſiã

Con-

Digitized by Google

Conventûs Minorum Obſervantium Varasdinenſis, ubi adeſt erecta præfata Confraternitas, vel ad Conventum viciniorem Ordinis noſtri tranſmittant, ut in libro Confraternitatis notentur, ac Confratres, & Conſorores de eorum, ac reſpectivè illarum obligationibus ſolicitè admoneantur. Volumus autem, ne quæſtus, ſive lucrum, etiam ſub ſpecie eleemoſynæ videatur quæri pro Habitu ſeu receptione ad Habitum. In quorum fidem &c. Datũ Senis in Tuſcia die 25. Maij 1723.

Fr. Carolus Franciſcus à B. Joanne à Cruce Præpoſ: Generalis. *ut ſupra M. â.*

Fr. Petrus Franciſcus à S. Conſtantio Secretar.

(L. S.)

Digitized by Google

INDEX
Illiti
KAZECZ.

Ritus benedicendi & cingendi Chordigeros. fol. 11.
Litaniæ S. P. Franciſci. 14
Mollitva po Brattinſzkom Prodechtvu. 19
Mollitva po vſzagdasnyem Prodechtvu. 22
Mollitva po Prodechtvu vu vremenu Voiſzke. 235
Mollitva po Prodechtvu vu vremenu kuge. 237
Abſolutio Chordigerorum in articulo mortis. 24
Abſolutio Scapulariſtarum in articulo mortis. 26
Abſolutio Fratrum agonizantium. 30
Regule Brattovſchine Szvetoga Otcza Ferencza. 33
Ritus recipiendi & imponendi Scapularia B. M. V. 54
Benedictio Scapularium. 59

Na-

Digitized by Google

Navuk, y kratke Regule Brattovſchine Sz. Skapulara. 64
Ritus ducendi annuam proceſſionem Scapulariſticam; & per annum. 69
Ritus inſtituendi Proceſſionem Menſtruam Confraternitatis SS. Roſarij. 72.
Littanie Lauretanſzke, haſznovite y za ſzrechnu ſzmert. 82
Chiſzlo, y zkrovnoſzti chiſzla. 88
Croaticus perfectæ Contritionis Actus. 93
Myſteria explicantur: cur varia à variis contexuntur Roſaria? 95
Pobosnoſzt k- Szvetomu Petru od Alkantare, 97
Pobosnoſzt k- Szvetomu Antonu Paduanſzkomu, y z- Deveticzum. 101
De Perſona & Officio Confeſſariorum. 105. & deinceps.
De poteſtate comutandi, & diſpenſandi in Votis. 123. & deinceps.

Ca-

Digitized by Google

Casus Zagrabiensi Episcopo reservati: Item Summo Pontifici. 134
Libera Confessio Fratrum, quando? 136.
Deszetere zapovedi Bosye. 137
Petere zapovedi Czirkvene. 138
Obchinszka zpoved. Ibidem.
Prez koieh chlovek memoreszo zvelichiti. 139
Osztruge dubovne. 141
Praxis assistendi aegris, & moribundis. 145
Remedia contra nimium mortis horrorem. 149
Incitamenta ad patientiam contra morbi dolores. 154
Molitve koiemi Beteszik z- Povednikom szvoiem, kotrig vere, vszanya y prave lyubavi mora ponavlyati. 160
Zterelna Zdihavanya, betesnem kruto haszno vita. 167
Molitve, kadsze betesnik z- szmertyum borri. 170

Digitized by Google

Littanie y oſztalle Molitve vmiraiuchem prikladne. 172
Kad dussa izidde iz tèlla. 183
Admonitio Confeſſariorum. 183
Praxis juvandi & tractandi malefactores, ad mortem condemnatos. 191
Vnoge pobosne Mollitve pred, y pozpovedi, kakoti y pricheſchinyem; tak zdravem, kak betesnem prikladne kruto y haſznovite. 193. & deinceps.
Navuk, y Molitve prilichne, kadſze, y kakſze krivecz na ſzmertno meſzto mora zprevagyati. 209. & deinceps.
Teſtamentum Latinum & Croaticum, pro ſanis & infirmis. 227. 231
Exorciſmus contra imminentes tempeſtates, ventos ac grandines. 237
Recipe contra Febres. 247
Speculum Religioſorum, & Confeſſariorum. 249

Digitized by Google

Indulgentiæ pro Angelus Domini &c. 256
Indulgentiæ pro 6. *Pater & Ave.* 258
Indulgentiæ pro Corona B. V. M. 259
Indulgentiæ pro Festo Corporis Christi; Immaculatæ Conceptionis, & Octavarum; ac Nominis JESU. 260. *& deinceps.*
Indulgentiæ Plenariæ in nostris Ecclesiis per annum; & quando? 263
Quæ temporibus Jubilæi, *seu Anni sancti, non irritantur.* 265
In Provincia S. Ladislai *conceditur omnibus locorum Superioribus impositio SS. Scapularis B. M. V.* 266

Er-

Digitized by Google

Errata Corrige

Non ſingilatim expoſita calculando (quæ exponere partim piguit, partim puduit) ſed ſingula attentius legendo, ac defectum mortui preli, viva ratione ſupplendo, & corrigendo. Facile Lector, in obvios impingendo errores, huic innocenti compatieris libello, ſi nec ipſammet, qualis ipſe es, creaturam rationalem (quæ paulo minus ab Angelis ornata eſt, & honorata) imo nec Angelicam, ſine defectu ſubſtitiſſe, aut hodiedum ſubſiſtere humiliter confeſſus fueris. Hæc porro, quæ præinſerta ſunt, exercitij gratiâ (ſine tamen majori ſtudio, ac inter plures variarum occupationum & diſtractionum ſtrepitus) compendioſe in unum collecta & compilata ſunt; non, ut tam viles me doctioribus præferam regulas, aut in agendis tam ſterilem præſcribam methodum: ſed ut Idiotis ac imperitioribus, ſæpiusque omni libello ac ſpirituali Directorio

Digitized by Google

rio deſtitutis Confeſſariis, ſi non in toto ſaltem in parte, ac pro obvia eorum neceſſitate, ſuccurſum præſtem. Utere ergo datis, in Nomine Domini; & adlaborantis ne inſultes nomini.

Interim

TIbI DEO,

sVbſternor ego C*InI*S,

qVI prInCIpIVM es,

&

FInIs.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google